



**De Iustitia Et Iure ceterisq[ue] Virtutibus Cardinalibus**

**Lessius, Leonardus**

**Antverpiæ, 1632**

2 Vtrum aliqui ex mutuo non obligentur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72459](#)

## CAPUT VIGESIMVM:

Demutuo &amp; vsura. D.Thomas q.78.

Constat Dubitationibus 24.



**N**O TANDVM est, lucrum vsuram vocari *vsuram*, ed quod ex *vsura*, id est, *vsu* pecunia alteri mutuatæ proueniat. *vsura* enim idem valet quod *vsus*: dicimus enim Latinè, habere *vsuram* huius lucis, *vsuram* breuissimi temporis. & Cicero, *Natura dedit vsuram vita, sicut pecunia*. Hinc factum est ut lucrum ex *vsura* seu *vsu* pecunia proueniens, *vsura* vocetur. Idem lucrum vocatur etiam *fēnus*, quasi quidam fētus pecuniarum, & Græcè *τέλος*, id est, partus. de quo vide pulchra apud Ambrof. l.de Tobia c. 12. & 13. & Basil. Homil. 2. in Psalmum 14. qui dicunt *vsuram* vocari *fēnus* & *τέλος*, quod cum pecunia sit natura suā maxime sterilis, tamen industria avarorum, vincit fecunditate omnia viuentia.

**1** Notandum Secundò, haec nomina non semper accipi in malum; vt Deuter. 29. *Fenerabis gentibus multis, & à nullo fēnus accipies*, id est, mutuabis. Ecclesiastici 29. *Fenerare proximo tuo in tempore necessitatis*. Similiter apud profanos Scriptores sāpē pro iusto lucro seu interesse accipiuntur:

## DUBITATIO I.

*Quid mutuum.*

**N**OTANDUM EST, nomen *mutuum* aliquando accipi pro re ipsa, que eadit in contractum mutationis; vt cum dicimus dari vel reddi *mutuum*; aliquando pro ipsa mutatione; quo modo hic loquimur de *mutuo*, & poteſt sic describi: **3** *Mutuum est traditio rei, numero, pondere vel mensura constantis, facta eo animo, ut statum fiat accipientis, cum obligatione ut similis specie & bonitate restituatur*. colligitur ex Institut. tit. Quibus modis re contrah. obligat. & r. Si certum petetur, L. 2.

Mutuum quid.

Exphco singula. *Est traditio, quia mutuum perficiunt traditione, sicut donatio, commodatum, depositum, hinc excluduntur contractus qui verbis perficiuntur; vt emptio, venditio, locatio, conductio, & similes.*

**4** *Rei, numero, pondere vel mensura constantis; quia mutui obligatio in his rebus consistit, quæ numero, pondere, mensurae constant; vt in vino, oleo, frumento, pecunia numerata, ære, argento, auro, vt habetur Institut. Quibus modis re contr. oblig. in principio, & d. L. 2. r. Si certum petetur. Non dico *vsu consumptibilis*; quia si tibi mutuum libram eris vel argenti, est verum *mutuum*, vt patet ex locis citatis; non tamen rei istius *vsus*, est *consumptio* vel *alienatio*. Vnde non est verum, quod ait Nauarrus cap. 17. num. 206. *mutuum reperi in solis rebus quæ vsu consumuntur; et si verum sit, vt plurimum in his reperi*. Dicunt autem *vsu consumi*, quarum *vsus* est *consumptio*; (*vt oileum, vinum*) vel *alienatio* (*vt pecunia*). Ha res*

dicuntur à iurisperitis *accipere functionem* (vt patet L. 2. r. Si certum pet.) quia una potest fungi vice alterius, vt *frumentum*, *frumentū*; *pecunia*, *pecunia*; vt colligitur ex eadem lege. Similiter non est propriè *mutuum*, si quis alteri det ouem vel bouem, recepturus aliam ouem vel bouem: quia haec non constant pondere, numero vel mensura. Vnde etiam non solemus dicere, *Mutua mīhi vnam ouem*. sed potius est *contraetus innominatus*. Dabo vt des. sicut si quis det *sacculum pecunia* vt alium recipiat similem; non est *mutuum*, sed *contraetus innominatus*, vt inquit *Glossa Institut.* suprà in principio.

*Eo animo, &c.* quia *mutuum* dicitur quasi ex meoutuum; ita enim à me tibi datur, vt ex meoutuum fiat; vt habetur Institut. suprà, & d. L. 2. suprà.

*Cum obligatione*, quia haec traditio non habet rationem mutationis; nisi cum obligatione fiat. hinc excluditur donatio.

*Vt similis in specie*; si enim reddenda si res alterius speciei, non erit *mutuum*, sed *permutatio*: si vero eadem numero, non erit etiam *mutuum*, sed *commodatum*, vel *depositum*. Itaque ad rationem mutui requiritur vt *mutuarius obligetur reddere rem similem secundum speciem*: vt autem serueretur aequalitas, debet esse pars bonitatis.

## DUBITATIO II.

*Vtrum aliqui ex mutuo non obligentur.*

**R**espondeo; Omnes, qui possint contrahere, **6** iure naturæ ex *mutuo* obligari; nisi priuilegio iuris positivi eis concessum sit vt in certis casibus non obligentur, vel certè obligationem possint elidere exceptione. Tale autem priuilegium concessum est *filio familias, Ecclesie, ciuitibus, & minoribus*.

Ac Primò quidem *filius familias*, qui est sub *Filiis familiæ* patria potestate, si *mutuum* pecuniam absq; *concessum* patris accepit, non tenetur in effectu ad restitutionem; ne post mortem quidem patris, quia potest opponere mutuatori exceptionem *Senatus consulto Macedoniani*, quo concessum est ei, vt non tenetur soluere, vt docet Gomezius tom. 2. cap. 6. num. 2.

Vbi notandum Primò, Huius Senatus consulti **7** occasionem dedisse quemdam Macedonem feceratorem. hic Romanus filius familias perentibus pecuniam mutuabat, qui postea oppresi ære alieno, vita parentum insidiabantur, vt hereditate potiti, possent soluere. quam ob causam Senatus consulto cautum fuit, vt si quis filius familias mutuam pecuniam dedisset, ei non daretur actio, peritique, ne quidem post mortem patris, vt habetur L. 1. r. de S. C. Macedoniano.

Notandum Secundo, Quamvis verbis huius **8** Senatus consulti solum videatur tolli obligatio ciuilis:

**E**tiam na-  
turalis ob-  
ligatio tol-  
latur.

uilius: (quod multi DD. tenent, estque satis probabile) tamen probabilius est quod etiam tollatur obligatio naturalis, ita ut in foro conscientia non teneatur inquam tale mutuum restituere, si velit hoc priuilegio vti. vt docet Gomezius supra, ex Innocentio in cap. Quia plerique, de immunitate Ecclesiarum, & ex communis sententia DD. & Molina disp. 301. idque statuit lex, tum in pe-  
nam eorum qui talibus mutuantur; tum ut omnis occasio machinationis pravae contra parentes, filii prascinderetur. vnde etiam huic priuilegio non potest filius renunciare; quia magis est in fa-  
uorem parentum, quam ipsius. Si tamen filius iu-  
rauit se soluturum, tenebitur soluere, saltem post  
mortem patris, quando commodè poterit. quia semper iuramentum in alterius fauorem factum seruandum est, quando absque peccato seruari potest, vt pater ex dictis supra cap. 17. Dub. 7. Po-  
test tamen huius iuramenti peti relaxatio a Prae-  
lato: quia in fraudem legis appositum est; & alias lex facilè reddetur iutilis: caque obtenta po-  
terit non soluere.

**10** Notandum Tertiò, Hanc exceptionem com-  
petere non solum filiofamilias, sed etiam filiafa-  
milia, & parenibus eorum, & heredibus, & fide-  
iustoribus eorum, vt patet L. 7. & 9.7. de S.C. Ma-  
cedon. Gomezius supra.

**11** Exceptio-  
nes, quibus  
filius re-  
natur.

Aduertere tamen, est multos casus, in quibus fi-  
lius tenuerit. Primo, Si habet bona castritia vel  
quasi castritia. Secundo, Si publicè putabatur  
sui iuris. Tertio, Si accepit mutuo non pecuniam  
sed rem aliam, vt triticum, vinum, & similia, (nam  
lex solum loquitur de mutuo pecuniario) nisi id  
ficerit in fraudem legis, vt inde conflarer pecu-  
niā. Quartò, Si pecunia versa sit in utilitatem  
patris. Quinto, Si pater debuisset eam secundum  
rectam rationem suppeditare. vt si filius absens  
causa studiorum, accipiat mutuum necessarium  
vt viuat, vt emat libros necessarios, vt soluat didac-  
tra. vide Gomezium supra.

**12** Ecclesia.

Oppidum.

Secundo, Si Ecclesia vel causa pie mutuum da-  
tum sit, & dubitetur postea, num pecunia illa  
versa sit in eius utilitatem: non tenuerit Ecclesia  
vel locus pius soluere, nisi creditor prober in uti-  
litatem eius pecuniam illam veram esse. Ita habe-  
tur in Authent. Hoc lus porrectum. C. de sacro-  
sanctis Ecclesiis, quæ translata est in Ius Canon-  
icum, o. q. 2. Idem dicendum, si mutuum datum sit  
oppido; vt patet L. Ciuitas. 27. 7. Si certi petetur,

13

Aduerte tamen, si Praelatus cum consensu Ca-  
pituli, mutuum nomine Ecclesia accepit, &  
possit solui absque alienatione rerum immobi-  
lium Ecclesiæ, solui debere, etiam si creditor non  
prober pecuniam in Ecclesiæ utilitatem veram  
fuisse. Ratio est, quia ad alienationem rerum mo-  
bilium, non est opus vt constet illam Ecclesiæ esse  
vilem. quare cum Praelatus cum Capitulo habeant  
plenam administrationem, possunt haec in hoc ca-  
su alienare. Si vero solui non possit absq; aliena-  
tione bonorum immobilium; tunc creditor debet  
probare: quia haec alienatio non est valida, nisi  
constet illam esse necessariam vel utilem Ecclesiæ:  
& in hoc casu intelligenda est ista Authentica.

14

Si particularis aliquis administrationi Ecclesiæ  
vel pī loci deputatus, mutuum nomine illius loci  
aceperit, debet creditor probare esse conuersum  
in illius utilitatem; nisi tali administratori conce-  
sum fuerit tantam sumam accipere, vide hac de-

re fusè apud Panorm. in cap. Quod quibusdam,  
de fideiunctionibus, & Molinam disp. 300.

Tertio, Si tutor nomine pupilli, vel curator  
nomine minoris mutuum accepit, non tenuerit  
ille postea etiam maior factus soluere, nisi credi-  
tor probarit id in eius utilitatem esse conuersum.  
Ita communiter DD. ex L. 3. C. Quando ex fa-  
to tutoris.

In his tamen casibus datur actio aduersus eum,  
qui nomine alterius mutuum petierit.

Quarto, Si aliquis minor 25. annis mutuum  
aceperit, & inde se lassum deprehenderit, vt quia  
pecuniam inutiliter consumpsit; potest petere re-  
stitutionem in integrum, vt non tenuerit, nisi  
quatenus inde factus est locupletior. vt dictum  
est cap. 17. Dubit. 9. & docet Gomezius tom. 2.  
cap. 14. numero 2.

### D V B I T A T I O III.

Quid sit vsura.

**N**otandum est, hoc nomen in praesenti nego-  
cio accipi tripliciter, Primo, Pro lucro vlu-  
ratio. Secundo, Pro contractu vflurio vnde hoc  
lucrum. Tertiò, Pro voluntate sic contrahendi.  
Si accipiat primo modo, sic definiti potest, *Vſu-  
ra est lucrum immediate ex mutuo proueniens. Lu-  
crum vocatur acquisitione rei supra sortem pecunia  
aestimabilis, & alias indebita. vnde si mutuum ti-  
bi mille, vt definis iniquè nocere, vt soluas debi-  
tum, vt reddas depositum, non erit vſura, quia ni-  
hil acquiro supra sortem, nisi quod alio titulo mi-  
hi erat debitum. si mutuum vt consequat amicitia  
vel fauorem, non erit vſura, quia amicitia  
non aestimatur pecunia. & quamvis fauor magni-  
aestimet in electionibus & suffragiis; si tamen  
non intendas obligare, sed solum allicare, nulla  
erit vſura, vt statim constabit.*

*Immediatè, quia debet hoc lucrum prouenire  
ex vi pacti mutationis. si enim immediatè prou-  
ueniat ex amicitia vel gratitudine, vel ex speciali-  
ciendi mutationem ad continuandum mutuum,  
non erit vſura. vt autem censeatur ex vi mutui  
prouenire, requiritur vt mutuador intenderit  
mutuatum ex vi pacti mutationis obligare  
obligatione stricta seu iustitia, qualis per pacta  
induci solet; vel certè vt mutuatarius putet hanc  
mutuantis fuisse mentem.*

*Ex mutuo proueniens. si enim vendas rem tuam  
supra iustum pretium, lucraris quidem, sed hoc  
lucrum non est vſura, quia prouenit non ex vi  
mutui, sed ex iniqua venditione. Idem dicendum  
de locatione, conductione, & similibus contracti-  
bus, vnde talis non incurrit penas vfluriorum.*

*Aduerte tamen, nihil referre, sine mutuum il-  
lud, ex quo tibi lucrum obuenit supra sortem, ex-  
Murum prelum, (vt cum aliquis expelte mutuauit:) an  
implicitum; vt cum vendit rem pluris iusto, ob  
dilatationem solutionis; aut emit minoris iusto, ob  
anticipationem: dum enim vendor concedit dilatationem, implicitè illi mutuat pretium usque ad  
tempus solutionis: & dum emptor anticipat solu-  
tionem, implicitè mutuat usque ad tempus tradic-  
tionis rei emptæ. vnde lucrum hinc proueniens  
est vflurium.*

*Ex his facilè intelligitur quid vſura pro contra-  
etu*